UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De modo & necess. fidei c. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

res tradunt. *Sexto & vltimo, quæ ex aliquo horum in fallibili argumento deducuntur.

De modo, & neceßitate fidei. Cap. 2.

SIne hac fide ab Eccleſia Catholica edocta, nullus ſaluari poteſt: ſed omnes in æternum damnantur. Eſt enim neceſſaria ad ſalutem, & ad opera meritoria, quæ ſunt media, quibus in cœlum ducimur. Præter fidem autem interiorem, exterior fidei cõfeſſio neceſſaria etiam eſt in duobus caſibus. *Primo. Quando ſi ſecus fieret, honor Dei auferretur, vt ſi quis de fide interrogatus eã negaret aut ſuo ſilentio vel quouis alio actu eam negare videretur. *Secundo. Quando ex negatione vel diſſimulatione fidei periculũ aliis crearetur exiſtimandi fidem Chriſti non eſſe veram. Cæterum quã-

uis non omnes teneantur ad fidé explicitam omnium, quę credenda ſunt, nullus tamen præcepto fidei per ſolam implicitam ſatisfacit. Vtraque namque neceſſaria eſt, & explicita quidem omnium articulorum fidei, quæ ad humanitatem, & Chriſti diuinitatem ſpectant, implicita vero aliorum omnium quę credit Eccleſia.

Quid ſit hæreſis, & quare ſic dicta. Cap. 3.

HÆreſis Græcè, Latinè electio dicitur, quaſi fides ſit ex propria hominis volũtate electa. Definitur ſic: Hęreſis eſt * error pertinax hominis Chriſtiani, fidei Catholicæ ex parte contrarius. Ex quibus verbis habetur quinque ad hæreſim eſſe neceſſaria. Primũ eſt error, vel exiſtimatio, aut veri pro falſo, aut falſi pro vero. * Secundo, neceſſe eſt,